

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis  
Farrago**

**Melanchthon, Philipp**

**Basileae, 1565**

**VD16 -M3220**

Clarissimo & optimo uiro, Domino Iohanni Bugenhagio, pastori ecclesiae  
Vitebergensis, amico suo charissimo, Philip.Mel. S.D.

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](#)

Ius Zenonis, cum obiurgante hero se excusaret,  
at se coactū illa necessitate magistri sui peccasse.

Itaq; et si ego quidem auribus atq; animo à Stoicorum opinione abhorreo: tamen quoniam controuersia difficultis est, & ratio Stoicorum non sine negocio dissolui ac dilui potest, defero hanc totam controuersiam ad doctissimum virum D. Melichium: eumq; rogo, ut pro sua & erga me benevolentia, & singulari fide erga uniuersam scholam, dijudicandam causam & explicandam suscipiat. Quia in re & mihi pergratum faciet, & de uniuersa schola benemerabitur: quam profectio plurimum refert, quam maximè aduersus opiniones parum uiles diligenter inuitat esse. Dixi.

Clarissimo & optimo viro, Domino Iohanni Bugenhagio, pastori Ecclesiae Vitebergenfis, amico suo charissimo,

Philip. Mel. S. D.

*Nippon p. 99.*

Integralm historiam eorum quæ hic hactenus in conueniu acta sunt, petes à domino Doctore N. Animaduertimus esse crebras & uarias aduersariorum deliberationes: sed ipso Deum eorum consilia dissipaturum esse. Non dum inchoarunt publicam disputationem, illud agunt, ut nobis artulos dilutos & sophisticos proponant. Sed iam

dissen-

dissentiant ab Eccianis, etiam Principum legati, Paulini, Marchionis Electoris, et Iuliacensis hi-  
pudiarunt articulos ab Eccianis compitos. Nam  
ad nos nondum allati sunt: sed uidi descriptos. In-  
ter nostros, Dei beneficio, consensus est. Certatum  
est acriter his diebus de disputationis exemplis.  
Nam praesidentes significarunt, se non concesser-  
nos, ut principes nostri exempla haberent di-  
spitationum. Ita nectuntur mere fantasie, ut in-  
terim alias fraudes, struant. Sed orabis Deum,  
ut Ecclesias nostras ac nos seruet ex gubernet,  
propter filium suum Iesum Christum liberatorem,  
qui pro nobis uictima factus est. Bene et felici-  
ter nate, et pro nobis ora. Die 17 Decembris.  
Vormatia.

D. Caelario Georgius Aemilius  
S. D.

Esi de fide et constancia tua in colenda ami-  
cita nunquam dubitavi: tamen quia tecum, si  
queam, uel quotidie colloqui cupio, literas tuas  
ulde desiderabam. Sed mora, ut sit in usuris, a-  
liquantulum lucri nubi attulit. Scripsisti enim co-  
piosius quam aneaa, et addidisti xenium non  
aspernandum: hoc tuum officium adeo gratum  
est mihi, ut magna facta sit ad meum erga te  
amorem, quam uix fieri fore arbitrabor, accessio.  
Quanquam enim nullum munus pluris facio  
quam